Quelle: https://manuscripta.at/?ID=793
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



185
283

10

et colaphis eum cedebant. alii aut in palmas
in manibus faciem eius dederunt dicentes. Pheti-
za nobis xpe Quis est qui te percussit? Petrus uero
sedebat foris in atrio: et accessit ad eum una an-
cilla dicens. Et tu cum galileo ihu eras At ille
negauit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis.
Exeunte aut illo ianuam: uidit eum alia an-
cilla et ait hiis qui erant ibi. Et hic erat cum
ihu nazareno Et iterum negauit cum iuramento
quia non noui hominem. Et post pusillum: accesse-
runt qui astabant et dixerunt petro. Vere et
tu exilis es. nam et loquela tua manifestum te
facit. Tunc cepit detestari et iurare quia non no-
uisset hominem. Et continuo gallus cantauit.
Et recordatus est petrus ubi ihu. quod dixerat prius quam
gallus cantet ter me negabis. et egressus foras fle-
uit amare Mane aut facto consilium inierunt omnes
sacerdotes principes et seniores populi ad uersum ihm: ut eum
morti traderent. Et uinctum adduxerunt eum
et tradiderunt poncio pylato presidi. Tunc uidens
iudas qui eum tradidit quod dampnatus esset. penitentia
ductus retulit triginta argenteos principibus
sacerdotum et senioribus dicens. Peccaui. tradens
sanguinem iustum At illi dixerunt Quid ad nos?